HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh. Seite 146
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek





refest de sacerdotali genere ac tribu leui fuisse principes quibus succes
serit herodes ante patri proseliti filius & post ea sub uespasiano regnū
huius generis immo imaginē imperii penetus fuisse delatum.
Uae pastoribus qui disperdunt & lacerant gregem pascuae
meae. siue ut pastores qui disperditis. & dissipatis oues pascuae
meae dicit dn̄s; Ideo haec dicit dn̄s ds̄ israhel ad pastores qui pas
cunt populum meum. uos dispersistis gregem meum. & eiecistis eos
& non uisitastis; Ecce ego uisitabo super uos maliciam. studiorum ues
trorum ait dn̄s; ecce ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus
terris. ad quas eiecero eos illuc. & conuertam eos ad rura sua.
siue restituam illos ad pascua sua & crescent. & multiplicabun
tur. & suscitabo super eos pastores & pascent eos. non formidabunt
ultra & non pauebunt. & nullus queritur ex numero dicit dn̄s.
Ad pastores siue de pastoribus prophaticus sermo est. & quia
de iechonia pene ultimo rege iudae qui fuit de stirpe dauid. legimus
scriptū. Terra terra terra audi uerbum dn̄i. scribe uirum
istum abdicatum siue sterilem. & non erit de semine eius uir
qui sedeat super solium dauid; Omnes quespes regni iudaici fue
rat amputatum, transit ad principes ecclesiae. & sinagoga cum
suis pastoribus derelicta adque damnata. ad apostolos sermo
sit. de quibus dicitur; & suscitabo super eos pastores. & pascent
eos. non formidabunt ultra & non pauebunt. & nullus queritur
ex numero dicit dn̄s; Apostoli enim confidenter. & absque ullo ti
more pascent ecclesiasticum gregem. & reliquiae populi
israhel saluabuntur de omnibus terris. & conuestentur ad rura
siue ad pascua sua. & crescent & multiplicabuntur; super malos
autē pastores. scribas & phariseos. uisitauit dn̄s propter mali
ciam studiorum ipsorum. Possumus hoc iuxta tropologiā &
de ecclesiae principibus sic intellegere. qui tamen non digne
regunt oues dn̄i; qd̄ illis adiectis adque damnatis saluetur po
pulus. alii traditi qui digni extiterint. & reliquiae saluae fiant;